HIERONYMUS
um 836/859 Seite 10r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



quae dico; pone duas uias ut per illas gladius
ueniat regis babylonis qui egreditur quidē
uno itinere chaldaeorū sed cum uenerit per
desertum & solitudinē ad biuiū terrae ara
biae quae appellatur filiorum ammon.
Quarum una uia hierusalē ducit ad dextram
partem. Sinistra uero ad rabbath filiorum
ammon quae est ciuitas metropolis & hodie
philadelphia nominatur. memor inquit
internitionis quae accidit regi assirio quan
do centum octoginta quinq; milia una nocte
sunt caesa. formidabit ad partem dexte
ram declinare & ire contra munitissimam
hierusalē sed stabit in ipso competo & ritu
gentis suae oraculum consulet ut mittat sa
gittas in pharetram & commisceat eas inscrip
tas siue signatas nominibus singulorū ut ui
deat cuius sagitta exeat. & quam prius ci
uitatem debeat oppugnare; hanc aū greci
ΒΕΛΟΜΑΝΤΙΑΝ siue ΡΑΒΔΟΛΣΑΝ
ΤΙΑΝ nominant; Interrogauit igitur ido
la exta consuluit, ad dexterā facta ē diui
natio eius ut pergeret contra hierusalem.